

# INVENTARIO DEL TESORO

DELLA CHIESA PATRIARCALE D'AQUILEIA

FATTO TRA IL 1358 E IL 1378

*Con documenti*

---

Nel fare alcune ricerche nell'Archivio di Stato in Venezia, ebbi la fortuna di trovare in un volume de' Commemoriali, fra gli atti che trattano degli avvenimenti seguiti tra il 1410 ed il 1420, un *Inventario* della chiesa d'Aquileia di maggiore antichità di quelli già da me pubblicati in questo *Archivio*<sup>1)</sup>. Esso manca di qualsiasi intitolazione o premessa che indichi la circostanza e la data in cui fu compilato, e si vede che la pergamena fu lasciata in bianco per completare l'atto, ciò che poi non si fece. Della data però ci è fornito un indizio nella descrizione del secondo oggetto conservato tra i *jocalia* del Tesoro aquileiese, che è un Diploma del 18 gennaio 1357, rilasciato, dice l'Inventario, dal *presente* imperatore Carlo IV. Ora, questi moriva nel 1378, e quindi l'Inventario in discorso deve essere stato fatto nel periodo che corre tra il 1357 ed il 1378.

Di più, in esso viene ricordato il patriarca d'Aquileia Nicolò come già morto, e quindi, sapendo che ciò avvenne nel 1358, la compilazione del presente Inventario fu eseguita certamente tra quest'anno ed il 1378. Confrontandolo poi con gli altri più recenti da me pubblicati, si vedrà come in quei tempi burrascosi nel giro di pochi anni le condizioni del Tesoro d'Aquileia subissero delle grandi mutazioni. Era una continua vicenda di doni de' devoti e di spogliamenti, o per sopperire ai debiti dei patriarchi e del Capitolo, a spese di guerra, a contribuzioni alla sede romana, o per i saccheggi, i furti, o per il tempo e l'incuria. Quest'inventario abbastanza antico riesce anche interessante per la notevole quantità dei codici che vi sono registrati, e per la particolareggiata de-

1) Vol. II, pp. 54-71 e 149-171.

scrizione di oggetti del culto, siano arredi o reliquie, che poi andarono in parte perduti, e de' quali apprendiamo pure la provenienza e l'uso.

Fra i *paramenta* è ricordata « una stricta rubea de sindone cum stellis aureis per totum, qua utitur quando fit ludus Regis Herodis », onde si rileva che anche nella Basilica di Aquileia, come in quella di Cividale, fra il Natale e l'Epifania si davano dal clero delle sacre rappresentazioni.

A corredo dell' inventario aggiungo quattro documenti: nel primo sono descritti alcuni lasciti di oggetti preziosi alla Chiesa e Capitolo d'Aquileia, che traggo da un antico *Necrologio*. Nel secondo è l'atto col quale il patriarca Ottobuono impegna ai Capponi di Firenze, banchieri o prestatori in Udine, undici privilegi della sua Chiesa, alcuni de' quali con bolla d'oro. Nel terzo, il Patriarca Nicolò molti anni dopo ordina la trascrizione autentica di quest'atto. L'ultimo è il processo verbale del trasporto delle reliquie di due martiri aquileiesi dalla desolata chiesa di S. Felice presso Aquileia alla metropolitana.

VINCENZO JOPPI.

*Inventario del Tesoro della Chiesa patriarcale d'Aquileia, fatto tra il 1358 e il 1378*  
(Archivio di Stato in Venezia - *Commemorials*, vol. XI, c. 52 e segg.).

*Iocalia aurea.*

Primo liber Beati Marci evangeliste quem propria manu scripsit, in quo sunt carte scripte quadraginta: tabule vero ipsius argenteis et desuper deauratis conteste sunt in totum.

Item privilegium unum presentis D. Karoli quarti Romanorum Imperatoris cum bulla aurea pendente, in quo inter cetera continetur qualiter idem D. Imperator confitetur certam partem libri <sup>1)</sup> habuisse, et sic incipit: *In nomine sancte et individue Trinitatis feliciter amen. Karolus quartus etc.*, et finit: *Datum Prage A. D. MCCCCLVII. ind. XI. XV Kal. Ianuarii. Regnorum nostrorum anno XII. Imperii vero tertio <sup>2)</sup>.*

1) Era parte dell'evangelo di S. Marco che erroneamente credevasi autografo, la quale, tratta da un codice membranaceo della chiesa d'Aquileia, era stata data dal Patriarca Nicolò di Lussemburgo, fratello naturale dell'imperatore Carlo IV, a questo nell'ottobre 1354 in Aquileia, e riposta nel duomo di Praga.

2) Diploma non ricordato nè dal BOEHMER nei *Regesti*, nè da altri.

- Item baculus B. Hermacore cum quadam argentea et desuper deaurata cuspidè longa de tribus spanis vel paulo minus.
- caput argenteum cum spatulis et mitria argenteis B. Hermacore deauratis cum certis lapidibus contrafactis <sup>1)</sup>.
- bracium argenteum cum pede uno B. Hermacore deauratis et cum anulo argenteo deaurato.
- bracium B. Fortunati cum pede argenteis deauratis.
- caput S. Laurentii cum spatulis deauratis et argento.
- caput argenteum cum spatulis auratis, in quo continetur de reliquiis fuisse S. Paulini et nunc sunt de reliquiis capitis B. Fortunati.
- unum altariolum paruum ornatum puro auro et certis figuris aureis circumcircha bullatum a parte inferiori.
- una capsula parva argentea cum reliquiis que portatur in processionibus.
- unum magnum altariolum a tribus partibus auro et lapidibus contrafactis et certis figuris ornatum aureis.
- una magna crux cum crucifixo argenteo deaurata et certis lapidibus contrafactis que in solemnitatibus in altari reponitur.
- Item quedam magna crux antiqua de ramo deaurata et crucifixo ac lamis anterioribus argenteis et deauratis cum magno pede argenteo non deaurato.
- Item quedam crux argentea et deaurata cum baculo argenteo que processionaliter deportatur.
- aliud altariolum de argento deaurato et aliquibus lamis argenteis deornatum et cum serra argentea.
- Item quedam tabula lamis argenteis deornata et certis aliis lamis subtilibus deauratis cum ossibus octo S. Felicitatis et septem filiorum eius, et circumcircha sunt in summitate littere smalto azuro sculpte cum una arma aquile Ecclesie Aquilegensis et tribus aliis armis.
- tres anuli in pontificalibus, quorum unus est cum lapide cristalino et alii duo cum lapidibus ad modum zafiri.
- unus liber evangeliorum cuius tabula superior est lamis argenteis et deauratis cum Crucifixo, B. Virgine et S. Iohanne totum fulcita.
- unum missale cum tabula superiori ossibus ad modum nativitatis dominice et circumcircha lamis argenteis deauratis ornatum.
- unum missale cum tabula superiori in medio argento ad modum vitis et circumcircha lamis argenteis deauratis ornatum et a parte intrinseca cum litteris capitalibus auri tinctum.
- unum evangelistarium cum superiori tabula lamis argenteis et a lateribus laboratum argento deaurato.
- aliud evangelistarium cum superiori tabula argentea et per medium et a lateribus laboratum argento deaurato.

1) « ... Kal. Augusti. Johannes Rubeus de Leodio mansionarius Eccl. Aquil. legavit unum lapidem pretiosum ut ligetur in capite S. Hermacore » (*Necrol. Aquil.*, ms. alla Bibl. Civ. di Udine).

Item aliud evangelistarium cum superiori tabula eburnea lamis argenteis deauratis ornatum.  
 alius liber evangeliorum cum quinque lamis argenteis deauratis evangelistarum.  
 alius evangeliorum parvus liber cum lamulis argenteis a parte superioris tabule.  
 unus epistolarum liber cum superiori tabula eburnea et argento deaurato circa latera deornata.  
 due magne tabule eburnee a parte superiori et litteris argenteis ornatæ in quarum singula tabula inferiori habet unam longam crucem argenteam.  
 unus baculus pastoralis de crystallo cum argento deaurato in iuncturis et capite agnus dei de argento deaurato, et rumpitur in partes tres.  
 duo turibula de argento deaurato cum catenis argenteis.  
 una navisela argentea cum cocleari argenteo in qua thus reponitur.  
 duo paria ampularum de argento quarum unum par habet smaltos a lateribus.  
 Item digitus B. Benedicti in quodam vase cristalino et capite argenteo deaurato.

*Calices.*

Item unus calix argenteus deauratus cum patena et cum sex magnis smaltis in pede calicis, qui datus fuit per Comitissam de Hortemburgh.  
 Item una magna cuppa cum pede argenteo deaurato et patena argentea deaurata et data per quondam D. Bertoldum \*) patriareham ut in pede ipsius litteris sculptis latius apparet.  
 Item unus calix argenteus cum patena deaurata cum smaltis XIII in pede calicis datus per quondam D. Guillelmum Decanum Aquilegensem 2).  
 unus magnus calix antiquus cum patena et pede deauratis sine smaltis.  
 unus calix cum patena deauratus cum XII smaltis in pede.  
 unus calix de argento deaurato cum patena et X smaltis in pede.  
 alius calix argenteus deauratus cum patena et smaltis X.  
 unus calix argenteus cum patena deauratus cum armis illorum de Prata et illorum de Portis in pede calicis in smaltis.  
 unus calix cum patena argenteus deauratus cum smaltis XI.  
 unus calix argenteus deauratus cum patena cum tribus smaltis in pede.  
 Item unus calix argenteus deauratus cum patena et IV smaltis in pede.  
 unus calix argenteus deauratus cum patena et X smaltis in pede cum armis Savorgnani in duobus smaltis.  
 unus calix argenteus deauratus cum patena et tribus smaltis.  
 quatuor parvi calices cum patena de argento aurato sine smaltis.  
 cuppa de crystallo in qua fertur Corpus Christi cum capite et pede argenteis deauratis et quodam argenteo crucifixo in capite ipsius.  
 una spoletta et unus cippus parvus argenteus perforatus ex quo spanditur crisma.

1) Morto nel 1251.

2) Morto nel 1352.

Item certa quantitas parva argenti fracti et auri ac perlarum et lapidum pretiosorum et contrafactorum, que omnia reposita sunt in quadam capsula magna in uno tracluto <sup>1)</sup> ipsius sigillato sigillis D. Decani et Cichini civis Aquilegensis.

Item quedam ampulla parva in corio cum balsamo quo in Ecclesia utitur annuatim.

*Item certe reliquie reperte in uno altari fracto.*

Item cingulus S. Hermacore de corio cum XXXII capitibus argenteis, computatis primo et ultimo capitibus.

Item una navisella de ligno ornata lamulis subtilibus argenteis.

alia navisella ornata auricalco et a parte anteriori argenteis laminis et due alie ornate auricalco.

in una capsula eburnea corpora SS. Hermacore et Fortunati.

una parva capsula plumbea in qua est spatula ipsius S. Hermacore cum quadam tabula lapidea sculpta litteris dicentibus: *Hic reconduntur Sancti Martires.*

una cuppa eburnea bullata bulletinis, in qua sunt reliquie Sanctorum diversorum.

alia capsula eburnea bullata circumcirca cum sanctitatibus et reliquiis plurimis et diversis.

quedam cuppa lignea cum aliquibus reliquiis intropositis: item in quadam capsula de cipresso corpus S. Sigismondi regis <sup>2)</sup>.

Item quadam capsula de pecio in qua sunt reliquie SS. Dorothee, Teclae, Eufemie et Herasme.

Item in una capsula eburnea caput S. Anastasie et spatula S. Laurentii, mandibula S. Ursule et carbones cum quibus assus fuit S. Laurentius et aliqua ossa Sanctorum Hermacore et Fortunati.

in una capsula de arcipresso corpus S. Quirini episcopi et martiris.

in quadam capsula de pecio corpora septem filiorum S. Felicitatis.

unum paramentum positum supra corporibus predictorum SS. Hermacore et Fortunati laboratum cum crucifixo et aliis figuris de perlis et lapidibus pretiosis.

due cassitule sine coperturis in quibus sunt plures et diverse reliquie que tempore ruinationis Ecclesie <sup>3)</sup> extracte fuerunt ab altaribus.

in una capsula de pecio corpus S. Marci pape.

in una capsula eburnea sunt brachium dextrum cum sanguine S. Helari, os cruris S. Felicis, os cruris cum sanguine S. Taciani, os cruris S. Helari et aliqua ossa Eufemie, Teclae, Erasme et Dorothee et lignum de capsula S. Ludovici episcopi et confessoris.

in quadam magna capsula longa sex coltarum, in quarum una est corpus S. Fe-

1) Cioè cassetto, da *intra clausus*.

2) V. il documento IV.

3) Per il terremoto del 1348.

licitatis, Agapiti; in secunda, tertia, quarta, quinta et sexta corpora SS. Canci, Cauciani, Cancianille, Proti, Grisogoni et Anastasie.

Item in una capsula cum duabus coltis, in una quarum erant corpora SS. Felicis et Fortunati<sup>1)</sup>.

Item duo magna candelabra de ramo equalia et unum parvum.

*Paramenta.*

Item una cappa nigra, videlicet pluviale ad celebrandum exequias mortuorum, cum tribus magnis botonis de perlis et duobus argenteis deauratis.

gasula nigra cum figuris de auro et seta laborata.

stricta et dalmatica per diaconum et subdiaconum nigre, stola et duo manipuli nigri.

Item una cappa sive pluviale album cum duobus maspillis de perlis magnis et duobus argenteis deauratis.

item una gasula alba cum figuris de auro et seta laborata; stricta et dalmatica albe.

item stola una et manipulus unus cum figuris laboratis.

item camix unus cum figuris de seta et auro laboratus ad pedes.

item humerale cum XII smaltis argenteis et perlis circha laboratum et quatuor viis de perlis in longum et cingulum unum cum filo aureo et seta laboratum, data (omnia superscripta) Capitulo per D. Bertrandum Patriarcham<sup>2)</sup>.

Item una cappa alba cum figuris in longum laborata de auro filo et seta.

Item gasula una alba cum stricta et dalmatica cum vite viridi in longum gasule et per modum vitis de auro et avibus aureis per totam cappam.

Item una gasula de purpura blava cum figuris aureis per longum et pavonibus aureis per totum cum stricta et dalmatica.

due cappe purpure viridis cum avibus rubeis et aureis per totum et quodam frixo aureo per longum et cum stricta et dalmatica ac gasula opportunis. gasula, stricta et dalmatica de purpura viridi cum vitibus sive foliis aureis per totum cum quibus solet in apostolorum solemnitatibus celebrari.

tres cappe lacerate, gasula, stricta et dalmatica de quadam purpura rubea habentes insignia imperialia et regni Boemie per totum.

unum humerale cum folio aureo cum uno agnus Dei et quatuor evangelistas de perlis laboratum cum clipeis argenteis cum insigniis de Goritia et de Fanimbergh.

una gasula veluti rubei non completa cum stricta et dalmatica non tamen tota et non completa.

una gasula sindonis rubeae cum frixo aureo per longo cum stricta et dalmatica.

una gasula de sindone blavo cum una frigidura per longum cum duobus mantellis quibus utitur in quadragesima.

Item una gasula alba cum avibus et filo aureo et seta laborata et cum uno frixo in longum.

1) V. il documento IV.

2) Morto nel 1350.

- una stricta et dalmatica de zalo, veteres.  
 una stricta de purpura violeti.  
 una stricta rubea de sindone cum stellis aureis per totum, qua utitur quando fit ludus Regis Herodis.  
 Item una dalmatica sindonis sanguinee.  
 Item tres cappe albe purpure, una gasula et stricta et dalmatica, antique.  
 Item una dalmatica et stricta sindonis albe reforzate et antique.  
 due cappe cum figuris aureis et de seta per longum de purpura aurea et seta rubea laborate.  
 alia cappa dicti coloris cum figuris ut supra, que fuit olim D. Iohannini de Osnago.  
 due cappe purpure albe cum foliis rubeis et cum frixo aureo et sete rubre cum figuris.  
 due cappe purpure blave cum foliis aliquibus aureis filis per totum.  
 due cappe purpure viridis.  
 tres cappe sindonis forzate sanguinee.  
 due cappe sindonis viridis cum frixo per longum.  
 una cappa zalla de sindone laborata cum lunis et stellis nigris.  
 due purpure cum figuris nativitatis Christi, que reponi solent in altaribus.  
 una purpura blava cum vitibus aureis per totum, data per quondam D. Nicolaum Patriarcham <sup>1)</sup> Sancto Hermachore.  
 una purpura blava cum pavonibus aureis per totum.  
 una purpura de viridi et rubeo cum vitibus.  
 una antiqua purpora alba combusta in duobus locis.

*Camices.*

- Item unus camix cum dramite sete cum avibus aureis laboratus, datus per quondam D. Bertrandum Patriarcham.  
 unum humerale cum frixo ex seta et auro laboratum cum aquilis aureis.  
 una stola cum manipulo sindonis viridis cum figuris aureis per totum.  
 unus camix cum avibus griffis de auro in sindone rubea ad pedes.  
 stola una et manipulus albus cum vite rubea de seta et viridi.  
 unus camix de dramite purpureo et auro, et alius cum dramite blavo antiquo.  
 unum humerale cum figuris aureis in frixo.  
 unus camix cum dramite purpure blave cum vitibus et pavonibus ac cervis.  
 duo manipuli de sindone rubea cum figuris aureis.  
 unus camix cum sindone blava et zalla in dramate.  
 unum humerale cum quatuor evangelistis de auro in sindone rubea.  
 duo baculi pontificales eburnei.  
 unum vexillum cum aquila aurea insignie Ecclesie Aquilegensis.  
 octo camices antiqui cum octo humeralibus, octo manipulis et septem stolis.  
 una gasula de bercamine, alia de villesio cum cruce rubea per longum.  
 una gasula sindonis sanguinee cum cruce crocei coloris.

1) Morto nel 1358.

unum vellum de seta alba cum notis et litteris aureis, et alium de seta rubea et cum virgis aureis.

novem vella de panno lineo cum capitibus fili tincti et sete.

unum mantile de panno lineo cum litteris sutis.

unum rochetum de lino, quo quando conficitur crisma utitur.

unum sudarium de lineo panno cum capite filo aureo et seta laboratum.  
duo cervicalia nigra.

decem mantilia cusita pro altari majori.

quatuor mantilia texta cum capitibus de filo nigro.

aliud mantile textum cum crucibus fili blavi.

mantilia et tovalie cusite sive sute pro altaribus viginti.

Sandalia nigra cum calizis nigris purpure.

Sandalia rubea vitibus aureis laborata, quibus utitur in pontificalibus.

#### *Libri.*

Biblia magna in voluminibus quatuor.

Liber unus magnus evangeliorum et epistolarum cum tabulis ligneis et coopertis corio.

alia biblia tota in duobus magnis voluminibus coopertis lignis et corio.

liber magnus Passionum Sanctorum, qui incipit: de evocatione B. Petri.

alius liber magnus Passionum, qui incipit: Passio S. Concordii presb.

unus liber omeliarum antiquus.

unus liber evangeliorum et epistolarum.

alius liber Passionum, qui incipit: Passio S. Andree apost.

liber alius magnus Passionum Sanctorum, qui incipit: Passio SS. Virginum Eufemie, Dorothee, Teclae et Erasme.

liber alius Passionum Sanctorum, qui incipit: Passio S. Andree apost.

liber de vitis Patrum, qui incipit: vita S. Antonii ab.

liber omeliarum sanctorum, qui incipit: omeliarum de sanctis per circulum anni: in nativitate SS. Fabiani et Sebastiani mart.

liber omeliarum alius, qui incipit: in sancta nocte resurrectionis Domini.

alius liber omeliarum dominicalium, qui incipit: Dominica prima de adventu Domini.

liber alius omeliarum, qui incipit: Dominica in LXX.

liber sermonum et omeliarum cum coperta nigra, qui incipit: sermo S. Augustini in prima Dominica de adventu Domini.

duo antifonaria magna et completa per circulum anni cum nota.

unum antifonarium parvum completum ut supra.

duo psalteria magna cum imnis, et duo parva cum imnis.

Liber unus magnus in duobus voluminibus, in quibus continetur officium cum nota per circulum anni; et sunt nova volumina cum grossis litteris atque nota, et ex ipsis unum ligatum est, aliud vero non.

duo orationalia; duo gradualia in quatuor voluminibus cum littera et nota grossa.



- graduale parvum cum nota antiqua.  
 duo libri sequenciarum cum nota et littera magna.  
 unum pulchrum missale secundum curiam.  
 unum parvum missale pulchrum secundum ordinem romane curie.  
 aliud parvum missale non completum SS. Hermacore et Fortunati.  
 aliud missale secundum consuetudinem Ecclesie Aquilegensis, et aliud secundum ritum Eccl. Aquilegensis, et aliud missale secundum consuetudinem dicte Ecclesie, et aliud secundum consuetudinem dicte Ecclesie deputatum ad altare maius.  
 aliud missale votivum non completum secundum consuetudinem dicte Ecclesie.  
 unus liber evangeliorum et epistolarum, et unus liber epistolarum ad eorum deputatum.  
 duo antifonaria antiqua cum nota theotonica.  
 unum breviarum completum secundum consuetudinem dicte Ecclesie, ad capitulum deputatum.  
 quatuor processonaria cum tabulis corio copertis.  
 unus processonarius sine tabulis quondam D. Rolandi scolastici.  
 ordinarium officii per circulum anni quondam dicti D. Rolandi.  
 kalendarium, in quo sunt nomina omnium Patriarcharum que leguntur in Purificatione.  
 unum ordinarium novum secundum curiam romanam cum littera magna, datum per quondam D. Bertrandum Patriarcham <sup>1)</sup>.  
 aliud ordinarium antiquum secundum consuetudinem Eccl. Aquilegensis cum coperta rubea.  
 liber S. Isidori et sintillarum cum coperta rubea.  
 mappa mundi in quodam magno pergameno.  
 liber Ugutionis qui *Ugutio* nuncupatur.  
 liber orationum et precum S. Jeronimi cum tabulis ligneis.  
 liber orationum tantum que in missa cantantur, antiquus valde, cum una tabula eburnea et alia rubea.  
 liber Institute cum tabulis corio copertus.  
 liber ordinum pontificalium cum tabulis rubeis, qui incipit: Incipit ordo ad clericum faciendum.  
 liber Isidori de officiis clericorum, qui incipit: Cum in nomine sancte et individue trinitatis Christi.  
 una parva biblia in duobus voluminibus cum tabulis ligneis cum aliquali corio rubeo.  
 pars unius missalis cum grandi quantitate litterarum aurearum et figurarum per medium, cum tabula una rubea et alia lignea alba tantum.

1) « MCCCXXXVIII, ind. VI. Rev. in Christo pater et D. D. Bertrandus Dei gratia s. sedis aquilegensis patriarcha donavit huic Ecclesie Aquilegensis quodam *Ordinarium Pontificale* valde pulchrum cum litteris valde grossis et bene formatis in remedio anime sue et corporis, die VIII kal. Decembris » (*Necrol. Aquil.* cit.).

- liber alius pontificalis seu ordinalis cum tabulis corio albo copertis, antiquus.
- liber expositionis evangeliorum S. Iohannis, qui incipit: In principio erat verbum; cum certis postillis, cum tabulis ligneis.
- liber S. Isidori cum tabulis ligneis corio albo copertis.
- liber unus magnus philosophie Albini, antiquus, cum antiquis tabulis ligneis.
- unus liber psalterii cum tabulis ligneis, et incipit: Cum enim propheta Spiritus Sancti etc.
- liber epistolarum Pauli cum glosis, qui incipit: Paulus servus Jesu Christi etc., cum tabulis corio nigro copertis.
- unus liber benedictionum, qui incipit: Domine ne in furore etc., cum tabulis rubeis.
- liber unus martyrologii cum una tabula lignea coperta corio albo.
- liber unus vite et miraculorum S. Francisci, et incipit: Apparuit gratia Salvatoris nostri etc., copertus tabulis copertis corio albo.
- liber sermonum Innocentii Pape, qui incipit: Innocentius episcopus servus etc., cum tabulis magnis ligneis et modico corii albi.
- liber antiquus scrutiniorum cum tabulis ligneis, et incipit: Scrutinii diem.
- liber sermonum sine tabulis inveteratus, cuius principium non lucet.
- liber psalterii glosati <sup>1)</sup>, qui incipit: Beatus vir etc., cum tabulis, corio viridi copertus.
- liber unus cum tabulis corio albo copertus, et incipit: Incipit sexta pars B. Gregorii pape in moralibus Iob.
- liber epistolarum et evangeliorum cum tabulis corio albo copertus, et incipit: Hec dicit Dominus prope Syon non tacebo.
- unus liber scrutiniorum, parvus et antiquus, cum tabulis ligneis.
- liber benedictionum et ordinationum officii, et incipit: Incipit ordo per circulum anni, cum tabulis nigris.
- unum graduale antiquum cum nota cum tabulis ligneis.
- aliud graduale antiquum cum nota theotonica et tabulis ligneis; tertium graduale antiquum parvulum cum nota et tabulis nigris.
- liber evangeliorum per circulum anni cum coperta purpurea.
- liber unus cum tabulis copertis corio albo, et incipit: glosarum diversitas.
- liber decretalium D. Honorii pape cum tabulis ligneis sine corio.
- liber sermonum, qui incipit: Ierusalem que de sursum est etc., cum tabulis ligneis.
- quaternus Institutionum cum coperta corii nigri, qui sic incipit: Firmiter credimus et simpliciter confitemur, etc.
- liber de incarnatione verbi, sine tabulis, et incipit: Magne sunt in scripturis sacris spiritualium sensuum profunditates.
- martirologium per anni circulum cum copertis nigris.

1) « Stephanus Decanus Aquilegensis obiit III nonas Martii [1220 ?] qui dedit Fratribus [Capituli Aquilegensis] unum mansum apud Vendoy situm, et Decreta sua et Decretales, unum Psalterium glosatum, Istoriā Scolasticam, Sermones, Constitutiones Innocentii Pape et alios libros Grammaticæ » (*Necrol. Aquil.* cit.).

liber institutionum, qui incipit: Liber iste institutionum seu elementorum nomen habet, cum tabulis ligneis.

liber orationum antiquus missalis per circulum anni, qui incipit: Per omnia secula seculorum.

quaternus sine tabulis de naturis, qui incipit: Summum bonum Deus est. unus parvus liber antiquus scrutiniorum cum tabulis ligneis.

liber partis breviarii cum tabulis corio nigro copertis, qui incipit: Dominator Domine Deus omnipotens.

unus quaternus scrutiniorum.

unus liber de vita S. Dominici, quem dedit Gaspar de Brugnis mansionarius aquilegensis.

quaternus cum legenda SS. martyrum Cosme et Damiani et legenda Conceptionis S. Marie, cum coperta nigra.

quaternus ordinationum, qui incipit: Presbiter dum se parat ad missam, cum coperta nigri corii.

liber ordinalis, qui incipit: Incipit ordo etc., cum tabulis antiquis ligneis.

*In camera superiori.*

Liber aurore sine tabulis.

Missale antiquum cum coperta lignea et corii albi.

antiphonarium antiquum cum nota theotonica et coperta lignea et corii albi.

liber constitutionum Justiniani, qui incipit: Occupatis nobis etc., cum tabulis ligneis.

commentum supra epistolis Pauli cum una tabula tantum.

missale antiquum, quod incipit: Benedictio agni in pasca, cum tabulis.

psalterium antiquum expositum, qui incipit: Beatus vir.

liber omeliarum, cum tabulis antiquis.

magnus liber omeliarum, qui incipit: Quomodo iuxta Matheum, cum tabulis albis.

glose supra libro Iob edite a S. Gregorio, cum coperta nigra.

liber Iob, antiquus, cum coperta alba.

liber iurum Ecclesie Polensis cum tabulis copertis corio albo.

liber alius constitutionum papalium cum tabulis magnis copertis corio albo.

liber antiquus Passionum Sanctorum, qui incipit: Passio beatissimorum apostolorum Petri et Pauli.

liber epistolarum et evangeliorum, qui incipit: Nolite deficere benefactentes.

liber omeliarum cum tabulis magnis.

liber magnus, qui incipit: Incipit fides catholica, cum tabulis coperte albe.

liber Brucardi cum tabulis ligneis.

Orationale antiquum, quod incipit: Omnipotens et misericors Deus, cum tabulis albis.

liber ordinis episcopi ad preparandum se ad missam, parvus.

liber orationis provisoris, parvus, cum tabulis albis.

liber de baptismo, qui incipit: In hoc codice sunt etc., cum tabulis fractis.

- liber regularum patrum cum tabulis ligneis.  
 liber benedictionum episcoporum cum tabulis albis.  
 unum missale antiquissimum et laceratum cum tabulis ligneis.  
 liber topice Ciceronis cum tabulis ligneis.  
 liber canonum apostolorum.  
 unum missale antiquum cum litteris aureis et tabulis cum corio albo.  
 liber vite B. Volrici et Sancte Affre cum tabulis rubeis.  
 liber historiarum romanarum cum tabulis ligneis.  
 pars expositionis bible in libro cum tabulis cum corio albo, et incipit: In  
 principio creavit Deus celum et terram.  
 unum epistolarium antiquum et evangelistarium cum tabulis ligneis.  
 liber conciliorum cum coperta tabularum corii albi.  
 unum graduale antiquum cum nota theotonica cum tabulis albis.  
 Orationale unum cum coperta viridi sine tabulis.  
 liber papie sine tabulis.  
 versus Bede presbiteri in libro cum tabulis.  
 volumen evangeliorum.  
 collectarium misse cum tabulis albis, et alium sine tabulis.  
 liber tonarius.  
 liber expositionis in canticis canticorum.  
 ordinarium officii per circulum anni cum coperta nigra.  
 liber constitutionum papalium cum tabulis.  
 ordinarius officiorum sine tabulis.  
 liber Genesis cum una tabula tantum.  
 orationes Jeronimi cum psalterio.

*Patriarcha habet:*

- Liber Augustini de civitate Dei.  
 liber dialogorum S. Gregorii.  
 liber antiquus Genesis in expositione libri Iob.  
 item tractatus S. Ieronimi in libro Ysaye prophete, et incipit: Nullus tam im-  
 peritus etc., cum tabulis ligneis.

## DOCUMENTI.

### I.

(Bibl. Civica di Udine. — Copia del *Necrologium Eccl. Aquil.*)

- (1206) idus Maii. Pelegrinus Patriarcha [Aquilensis] obiit, qui quingentas  
 marchas denariorum et annulum aureum cum rubinis et X marchas ad  
 faciendum tabulam auream et cuppam auream ad faciendum calicem Ec-  
 clesie dedit, etc.  
 . . . Il nonas Octobris. Fulcherius Episcopus Parentinus [eletto nel 1210] obiit,  
 qui *Decreta* sua Fratribus dedit.

- ... [stessa data] Ubaldus Polensis Episcopus et Aquilegensis Canonicus obiit qui *Decreta* sua Fratribus dedit <sup>1)</sup>.
- ... XVI Kal. Aug. Bertholdus Plebanus de Graiz canonicus Eccl. Aquil. obiit, qui dimisit Ecc. Aquilegensis unum *librum missale* et calicem argenteum deauratum.
- ... Fuerunt tradite quinque marche denariorum D. Petro Gusono de Venetiis pro redimendo unum pulchrum *paramentum* quod per iniquam et nephandam Societatem olim D. Paduani a S. Eccl. Aquilegensis raptum et Civitatum reportatum fuit in 1387.
- 1396, III kal. Martii. D. Zanula relicta olim Ser Spiriti de Civ. Austria dedit Capitulo Aquilegensis unum *calicem* argenteum deauratum et unum paramentum fulcitum ad hoc ut eius anniversarium et dicti sui mariti singulis annis celebretur ut moris est.

## II.

- 1303, 26 Aprile. Udine. — *Ottobono de' Razzi Patriarca d'Aquileia dà in pegno alla Società de' Capponi di Firenze dodici privilegi imperiali, alcuni con bolla d'oro.* (Arch. di Stato in Venezia. - Rotolo in pergamena scritto dal cancelliere patriarcale Meglioranza).

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCIII, ind. I, die VI exeunte Aprili, in Castro Utini, supra patriarchali palacio, in capella Domini Patriarche, presentibus D. Ianacio de Salimbenis de Placentia Marescalcho, Gregorio Biffa archipresbitero plebis Montissilicis, Fr. Alberto de Ramedello Vicariis, Baldassare de Albano capellano infrascripti D. Patriarche, M.<sup>o</sup> Francisco Nasutti de Utino notario dicti D. Patriarche, et aliis.

Paganus de Florencia de societate Caponorum guarentavit et confessus fuit se habuisse et recepisse, et ibidem in presencia mei Notarii et testium predictorum habuit et recepit in deposito et salvamento a reverendo in Christo Patre et D. Ottobono Dei gratia S. Sedis Aquilegensis Patriarcha, Privilegia infrascripta <sup>2)</sup>:

- In primis privilegium D. Henrici regis sub bulla eius cerea bullatum. I.  
 1077, III id. Junii. Donatio Patriarche Sigeardo Comitatus Istrie. II.  
 1077, Papie. Donatio Patriarche Comitatus Forijulii et Ville de Lunzigniga que fuit Lodovici Comitis, cum bulla aurea et cerea. III.  
 1180, VIII kal. Febr. Virceburg. Imp. Federicus donat Patriarche Voirico Ducatum Forijuli, villam de Lunzenigo, episcopatus Tergesti et Istrie, regalias episcopatum Concordie et Belluni etc., cum bulla aurea. IV.

1) Di questo vescovo di Pola, vissuto probabilmente ne' primi anni del secolo XIII, non ho trovato traccia nell'Ughelli nè in altri.

2) Seguono riferiti per intero gli undici Privilegi imperiali, de' quali do il solo Regesto, essendochè sono conosciuti dagli storici e per la maggior parte già pubblicati.

- 1207, prid. non. Octobris. Erfordia. Privilegium cum bulla aurea Philippi regis romanorum Patriarche Volfchero de bonis in territorio Veronensi et Paduano. v.
- 1208, id. Jan., apud Augustam. Henricus Marchio Istrie donat Patriarche Volfchero Marchiam Istrie et Carniole, cum bulla aurea. vi.
- 1208, VIII id. Maii, apud Cremonam. Privilegium cum bulla cerea Ottonis IV de concessione Marchie Istrie Patriarche Volfchero. vii.
- 1214, VII exeunte Febr., Augusta. Imp. Federicus confirmat Patriarche Aquilegensi Ducatum Forijulii etc., cum bulla aurea. viii.
- 1230, Julii, S. Germanus. Confirmatio cum bulla aurea donationis Marchie Istrie et Carniole Ecclesie Aquilegensi. ix.
- 1231, Febr., Ravenna. Privilegium Imp. Federici II Patr. Aquilegensi de electione Potestatum Istrie etc. x.
- 1238, Octobris. In obsidione Brixie. Privilegium cum bulla cerea Imp. Federici de Juditiis in Foro Julio. xi.
- ... Tibur. Privilegium Imp. Federici cum bulla aurea inhibitorium de venditione regaliarum imperialium et de electione Potestatum, Consulum etc. xii.

## III.

1358, 8 aprile. Udine. — *Il Patriarca Nicolò incarica il suo cancelliere Paolino di estrarre dal protocollo del notaio Meglioranza la nota de' Privilegi Aquilegesi impegnati ai Capponi dal fu Patriarca Ottobono.* (Bibl. Civ. di Udine. - Atti originali del cancell. patriarcale Gubertino da Novate).

A. D. MCCCLVIII, ind. XI, die VIII mensis Aprilis, presentibus venerabilibus in Christo patribus DD. Johanne Spoletane et Bartholomeo Capulane Dei gratia Ecclesiarum Episcopis, venerabilibus viris DD. fratre Michaele Abbate monasterii Sextensis, Guidone Johanne de Regio canonico Utinensi et Martino plebano Plebis Quadrupii aquilegensi diocesis testibus et aliis.

Cum reverendissimus in Christo Pater et DD. Nicolaus Dei gratia sancte sedis Aquilegensi Patriarcha requisierit discretum virum D. Meliorantiã de Tyenis canonicum Utinensem notarium ut extraheret in formam publicam de notis suis et sibi quoddam Instrumentum seu Instrumenta depositi quorundam Privilegiorum Aquilegensi Ecclesie facti per bone memorie D. Ottobonum Patriarcham predecessorem suum apud Societatem Caponorum de Florentia, et ipse D. Meliorantia foret adeo senio affectus et debilis quod non posset bene tantam scripturam facere manibus suis; idem D. Patriarcha cupiens super hoc sue Aquilegensi Ecclesie de opportuno remedio providere et ad recuperationem ipsorum privilegiorum intendens ut asserebat iuxta posse, de voluntate et consensu dicti D. Meliorantie commisit discreto viro Paulino q. magistri Johannis de Mutina notario et cancellario ibidem presenti, quod ex predicti D. Meliorantie notis dictum Instrumentum depositi seu Instrumenta

extrahere debeat auctoritate ipsius D. Patriarche et in publicam formam reducere sicut idem D. Meliorantia poterat. et debebat. Actum iuxta altare maius Maioris Ecclesie S. Marie de Utino.

## IV.

1356, 17 febbraio. Aquileja. — *Trasporto delle Reliquie de' SS. Felice, Fortunato, Sigismondo re, e Mena martiri, dalla abbandonata Chiesa di San Felice presso Aquileja alla Metropolitana di questo luogo.* (Bibl. Civ. di Udine. - Atti originali del cancelliere patriarcale Gubertino da Novate).

Anno Domini MCCCCLVI, ind. IX, die XVII Februarii, presentibus reverendo in Christo patre D. Jacobo Dei gratia Feltrensi et Bellunensi Episcopo, venerabilibus viris DD. Manzolo de Manzis Decano, Ambrosio de la Turre, Guillelmo ser Savere de Cremona et Joanne de Carate, canonicis aquilegensibus, Nicolao de Regio plebano S. Danielis, Wenceslao plebano plebis de Staymburga, nobiles viris DD. Henacone, Wenceslao, Ruzinerio de Praga, Paulo de Bruna, Alberto de Slabatino de Boenia, militibus, Guillelmo Picossio Potestate Aquilegie, et Philippo hostiario Domini Patriarche infrascripti testibus, et aliis.

Cum Ecclesia S. Felicis Aquilegensis est ab hominum habitatione remota, nec in ea noctis tempore iaceant aliqui dictam Ecclesiam. et ea que in ipsa consistunt custodientes, Reverendissimus in Christo Pater et D. D. Nicolaus Dei gratia Sancte Sedis Aquilegensis Patriarcha, diligenter considerans et attendens conditiones presentes ac volens iuxta posse futuris periculis obviare, corpora, ossa, reliquias sita in quadam archa lapidea super altare maius predictae Ecclesie S. Felicis, videlicet Beatissimorum Felicis, Fortunati, Sigismundi regis ac Mene martirum extraxit de dicta archa, et illa faciens ad suam metropolitanam Ecclesiam Aquilegensis cum debita reverentia apportari, eadem in sacristia dicte metropolitane Ecclesie collocavit, ut ibidem securius manerent et servarentur. Acta fuerunt predicta in Ecclesiis supradictis, videlicet metropolitana et S. Felicis.

---